

erroris culpa imputetur? Recordor, tam lugubris audaciæ, indignum honestæ matronæ exemplum, quæ temerarij cuiusdam suasu, haustis pilulis, cæteroquin innoxijs, & vsu quotidiano perprobè cognitis, ὑπερηφανίᾳ ποτὶ exanimata, quatriduo vixit. An iam, quæ pœna audaculo debebatur, purganti massę pilularum feratur acceptum? Quantumuis ergo Stibij vsus, si præparatum non fuerit, vel saltem importunè exhibitum, aliorum etiam pari fortunâ, non sit securus: ad remediorum tamen materiam Dioscoridis, posterorumq; doctorum, proborumque virorum auctoritate, varijs speciminibus subnixa, referendum esse nemo non videt. Persuadēt sibi nō nulli, cùm non alliciat naturæ impulsu priuatum humorem, sed omnes indiscriminatim, non facilè huc pertrahendum esse. Violenter resistere naturæ, cui omne nimium sit inimicū. At vero sufficiat nobis naturæ aduersum, eiusdem vim expultricem abigēdis humoribus eximiè policere. Vnde hoc boni est, ut quæ molesta fuerat morbosa caussa, radicitū seuellatur. Nec tāta rabie humana-

nas